



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs I. Beatus uir qui non ambulauit in consilio impiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

# PSALTE-

RIVM DAVIDIS CAR-

MINE REDDITVM

PER BOBANVM

HESSVM.

## PSALMVS I.

Beatus uir qui non ambulauit in  
consilio impiorum.

### ARGUMENTVM.

Conuenientissima præfatio in Psalmos,  
qua hortatur Propheta ad studium religio-  
nis. Quia autem hypocrisis magnam speci-  
em habet. Econtra uera Ecclesia sine specie  
est. Ad consolationem ueræ Ecclesiæ, egre-  
gie ornat fructus uerbi.

Firmet ut humanas noua consolatio mentes,  
Quæ habeant uires, quæ bona, uerba Dei.  
Qui Domino fidant, hos solos esse beatos,  
Quæ mancant reprobos, pagina prima docet.

FELIX ð nimium felix, qui facta malorum  
Impia conficiens, noluit ulla sequi.  
Cui uia difflicuit pro ueris falsa sequentum,  
Perditus incautum ne graderetur iter:  
Qui neq; conscendit damnosæ fulcra cathedræ,  
Quam derisorum turba maligna tenet.

A

Propositio.  
Beatus est qui  
discedit ab Ec-  
clesia impio se  
& amplectitur  
puram doctri-  
nam.

Huius



PSALTERIUM.

Huius erit Domini lex infinita uoluptas,  
Quam labi ex animo tempora nullas finent,

Ratio.  
Verbum non est  
ociosum, quia  
habet additum  
spiritum san-  
ctum, qui per  
id corda reno-  
uat.

Hic erit assimilis grauidæ sua brachia palmæ,

Quæ stat ad undantes iussa uirere lacus.

Quæ feret oportuna suos in tempore fructus,

Et sua quæ debet munera ferre, feret.

Huic non ulla suos uis perturbabit honores,

Nec folia à uentis illius ulla cadent.

Hæc quæcumq; dabit, dabit optima, prodiga ueris

Fœtibus, optandus semper habebit opes.

Tam bona non capiet, non impius ista uidebit

Præmia, non tales talia dona decent.

AVT' ßEOT' 15 Sed uelut à terra paleæ sparguntur manes,  
que minas Ec- Quas quocunq; uolent quælibet aura rapit.  
clesia hypocri- Impius instabiles sic euanescent in auras,  
tarum, quod sit peritura. Et nullum poterit certus habere locum.

Ergo salutiferæ nec stabit in ordine turbæ,

Cum iusto reprobus nec sociandus erit.

ΣΩΦΩΥΧ. Nouit enim Dominus iustos, et uota piorum,  
μ. x. Quorum aquida iustus percipit aure preces.  
Sed cadet, et pœnas dabit impius omnis, et horum  
Omne quod instituerit dissoluetur opus.

PSALMVS II.

Quare tremuerunt gentes &c.

ARGUMENTVM.

Est prophetia de Regno Christi, & Christo, Mundum omnia conaturum, ut Christum

